



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 54. Tyhonis opera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

Sæc. XVII. Joanne Keplero e Græciensi urbe ev-  
A. C. 1601. cato, qui etiam incæptum hoc opus  
 compleverat; Tycho enim anno sequenti  
 die vigesima quarta Octobris extreman-  
 diem clausurat, annos quinquaginta  
 quinque natus.

## §. LIV.

*Typhonis opera.*

*Lexicon  
Universale  
Verbo  
Brahe. Fre-  
herus in  
Theatro  
Vir. erud.*

Præter præfatas Rudolphinas Tabu-  
 las Tyho quamplurimas easque do-  
 cetissimas posteris reliquit lucubrations  
 quas inter pctissimum celebratur no-  
 vum systema suum Astronomicum; cum  
 enim Ptolomæi ideas rejiceret, & Co-  
 pernici præcepta minus probaret, inter-  
 utrumque systema medium veluti viam  
 invenire adlaborabat; quippe in sys-  
 matis sui centro terram posuit immo-  
 tam, lunamque & solem cum planetis  
 fixis eidem circumferri statuit, ceteris  
 Planetis Mercurio, Venere, Marta,  
 Jove & Saturno circa solem motum  
 suum perficientibus. Celebriorum que-  
 dem Astronomorum judicio Braheus  
 suo systemate proprius quam Copernicus  
 veritati acceperat, negari tamen haud  
 potest, quod Tyho præcipuas sui sys-  
 matis leges a Copernicano mutuarit.  
 Scripsit præterea *Historiam cœlestem &c.*  
*Astronomiæ restauratæ mechanica,* epistola  
 astro-

*astronomicas, progymnasmata astronomiae Sæc. XVII.  
instaurandæ. Plures alias lucubratio-* A.C. 1601.  
*nes postmodum Keplerus, cui præclara  
ingenii sui monumenta, ne perirent,  
Braheus testamento reliquerat, post e-  
jus obitum typis vulgabat.*

### §. LV.

#### *Harderi & Glaseri interitus.*

Currente hoc anno die decima sexta *Vogelius*  
Febrnarii fatis cessit Wolfgangus *Leipzannal.*  
Harderus, qui anno Incarnationis Do- p. 264.  
*minicæ millesimo quingentesimo vige-* *Freheri l.c.*  
*simo secundo die trigesima Octobris Li-*  
*pſæ in lucem editus, a teneris magnam*  
*ad literas propensionem exhibebat, un-*  
*de intra exiguum temporis spatium*  
*Theologus inter paucos solidus, ac in*  
*scribendo purus & facundus inter suos*  
*audiebat; his dotibus insignis in patria*  
*sua Theologiæ Laurea decoratus in Ec-*  
*clesia ad Sanctum Nicolaum Pastor re-*  
*nuntiatus est: postquam vero Nicolaus*  
*Selneccerus, ut appellant, *Superinten-**  
**dens*, eoquod illorum, qui *Philippiſtæ**  
*vocantur, partes tueretur, officio suo*  
*altera jam vice amotus fuerat, Harde-*  
*rus anno Christi millesimo quingentesi-*  
*mo octogesimo nono ad insignem hanc*  
*inter Pseudo-Pastores dignitatem pro-*  
*movebatur, qua tamen tertio post anno*

K 3

pari-

